



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransensis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

Sessio II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

pressum, quod debeat fieri derogatio specifica, intelligitur facta ex claus. Non obstantibus constitutionibus Apost. & alijs similibus clausulis generalibus, & citat Rot. in causa s. Angeli pensionis 16. Decembris 1594. coram Illustriss. Card. Pamphilio, & in Bononien. Prioratus 9. Iulij 1606. coram Patriarcha Manzanedo. de quo etiam Steph. Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 940. & 963. Ioan. Antonin. Massobr. in praxi habendi concursus, reg. 17. dub. 4. num. 8.


3. Episcopus vero, an contra Concil. dispensare valeat? Negant glos. verb. in astate, in cap. cum dilectus, de elect. Rebuff. in tract. nomin. quest. 5. n. 30. Guttier. de Iurament. confirm. p. 1. c. 51. num. 24. Canon. lib. 1. cap. 5. n. 10. Henriquez d. cap. 57. §. 1. lit. C. Stephan. Gratian. d. cap. 397. num. 33. Valer. Reginal. in praxi fori panit. lib. 31. cap. 27. num. 202. in princip.

4. Sed an possit ex magna causa necessitatis, vel utilitatis? Affirmant Tiracquell. de penis tempor. in presut. n. 31. Lamberun. de iurepatron. p. 1. l. 2. art. 19. §. 17. princ. num. 2. Cott. in memorab. verb. Episcopus Brunor. a Sole in locis communib. verb. dispensatio 1. Rebuff. in praxi tit.

de dispensation. ad plura beneficia, ex num. 30. Spin. in seculo testament. glos. 15. princ. a num. 8. Humada in l. 5. glos. 12. in fine; vers. limitati, tit. 5. part. 1. Sanchez de Matrim. l. 2. disp. 40. a num. 2. Cened. pract. & Canon. quæst. lib. 1. q. 30. a num. 5. Monet. de commutat. ultim. volunt. cap. 5. num. 179. Mich. Grassi. tom. 1. commun. opin. l. 1. tit. 2. n. 67. ubi resoluit, Episcopum posse dispensare super Concilium ex magna causa necessitatis, vel utilitatis, quando Concilium vel permutat dispensare, vel loquitur impersonaliter, vel verando, vel permitendo, vel imponendo aliquam penam.

An omnia decreta Concilij Trident. contineant decretum irritans? Affirmant per constitutionem Pij IV. Flamin. Part. de resignat. benefice. lib. 4. quæst. 9. num. 28. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 15. n. 37. Campan. in diuers. Iuris Canon. rubr. 11. c. 13. n. 109. Ioan. Franc. Fagnan. in tract. de iustitia & valid. consur. p. 4. vers. Non aducluciar.

Utrum autem literæ & Constitutiones contra Concil. Trident. reducendæ sint ad Ius commune? Affirmatiuè proprio motu definiuit Gregor. XIII. prout attestatur Henriquez in summ. lib. 6. cap. 6. §. 6. in glos. lit. B.



SESSIO. II.

Decretum de modo viuendi, & alijs in Concilio seruandis.

- 1 Spiritus sanctus Concilio generali legitimo assistit.
- 2 Concilia generalia auctoritate Papæ legitime congregata in Fidei, & morum definitione errare non possunt.
- 3 Concilio generali an oēs Christi fideles interesse debeant.
- 4 Episcoporum manus quale.
- 5 Familiares Episcoporum quales.
- 6 Ordo in sedendo quis seruandus in Concilio generali.

Iacob. I.



Acrosancta Tridentina Synodus, a in Spiritu sancto legitime congregata, in ea presidentibus eisdem tribus Apostolicæ Sedis Legatis, agnosces cū beato Iacobo Apostolo quod omne datum optimum, & omne donum perfectum delatum est, descendens à Patre luminum, qui ijs, qui postulant à se sapientiam, dat omnibus affluenter, & non impropereat eis, & simul sciens, quod initium sapientiæ est timor Domini: statuit, & decreuit, & omnes & singulos Christi fideles, in ciuitate Tridentina congregatos, exhortandos esse prout exhortatur, vt se à malis & peccatis hæcenus commissis emendare, ac de cætero in timore Domini ambulare, & desideria carnis non perficere, orationibus instare, sæpius confiteri, Eucharistia Sacramentum sumere, Ecclesias frequentare præcepta denique Dominica, quantum quisque poterit, adimplere, necnon quotidie pro pace Principum Christianorum, & vnitæ Ecclesiæ priuatim orare velint: Episcopos verò, & quoscumque alios, in ordine sacerdotali constitutos œcumenicum Concilium in ea ciuitate concelebrantes, vt assidue in Dei laudibus incumbere, hostias, laudes, & preces offerre, sacrificium Missæ quolibet saltem die Dominico, in quo Deus lucem condidit, & à mortuis resurrexit, ac Spiritum sanctum in discipulos infudit, peragere satagent, facientes, sicut idem Spiritus sanctus per Apost. præcipit, obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro sanctissimo Domino nostro Papa, pro Imperatore, pro Regibus & cæteris, qui in sublimitate constituti sunt, & pro omnibus hominibus: vt quietam & tranquillam vitam agamus, pace fruamur & fidei incrementum videamus. Præterea hortatur, vt ieiunent saltem singulis sextis ferijs in memoriâ passionis Domini, & elemosynas pauperibus erogent: in Ecclesia autem cathedrali singulis quintis ferijs celebretur Missa de Spiritu sancto, cum Litanis, & alijs orationibus ad hoc institutis: in alijs verò Ecclesijs eadem die dicantur ad minus Litanis, & orationes: tempore autem, quo sacra peraguntur, colloquutiones & confabulationes non fiant, sed ore & animo, celebranti assistatur: Et quoniam oportet Episcopos esse irreprehensibiles, sobrios, castos, domui suæ bene præpositos: hortatur etiam, vt ante omnia quilibet in mēsa seruet sobrietatem, moderationemque ciborum, deinde cum in eo loco sæpè otiosi sermones oriri soleant, vt in ipsorum Episcoporum mensis diuinarum Scripturarum lectio admisceatur: & familiares verò suos vnusquisque instruat & erudiat, ne sint rixosi, vinosi, impudici, cupidissimi, elati, blasphemii, & voluptatum amatores: vitia demum fugiant, & virtutes amplectantur, & in vestitu, & cultu & omnibus actibus honestatem præ se ferant, sicut decet ministros ministrorum Dei. Ad hæc, cum huius sacrosancti Concilij præcipua cura, sollicitudo, & intentio sit, vt propulsatis hæresum tenebris, quæ per tot annos operuerunt terram; Catholica veritas lux, Iesu Christo, qui vera lux est annuente, candor, puritasque resurgat, & ea quæ relicta veritate egent, reformatur: ipsa Synodus hortatur omnes Catholicos hic cōgregatos, & congregandos, atque eos præsertim, qui sacrarum litterarum peritiam habent, vt sedula meditatione diligenter secum ipsi cogitent, quibus potissimum vijs & modis ipsius Synodi intentio dirigi, & optatum effectum fortiri possit, quo maturius & consultius damnari damnanda, & probanda probari queant: vt per totum orbem omnes vno ore, & eadē fidei confessione glorificet Deum, & patrem Domini nostri Iesu Christi.

Prouerb. 1. Psal. 110. Irou. 1. & 2.

A. 2.

Timoth. 2.

Infrā in sess. 22. in decreto de obsequ. in celebr. Miss. §. 2. Tim. 3. e Tit. 1. Tit. 3. c. 11. q. 7. cum sim. Conc. Tol. 1. c. 7. Concil. Rheim. c. 17. Fufeb. in 4. decreto, & infrā sess. 27. cap. 1. de reform. d. Fufeb. 1. Episc. 3.

In sententijs verò dicendis, iuxta ^f Toletani Concilij statutum, in loco benedictionis confidentibus Domini sacerdotibus, nullus debeat, aut immodestis vocibus pertrepere, aut tumultibus perturbare, nullis etiam falsis, vanisve, aut obstinatis disceptationibus contendere; sed quicquid dicatur, sic mitissima verborum prolatione temperetur, vt nec audientes offendantur, nec recti iudicij acies perturbato animo inflectatur.

^e Insuper ipsa sacra Synodus statuit, ac decreuit, quòd, si fortè contigerit aliquos debito in loco ^o non sedere, & sententiam, etiam sub verbo, *Placet*, proferre, Congregationibus interesse, & alios quoscumque actus facere, Concilio durante, nulli propterea præiudicium generetur, nullique nouum ius acquiratur.

Deinde indicta fuit futura sessio ad diem Iouis quartam mensis Febr. proximò venturi.


f Conc. Tol. II. c. 1.
Conc. Const. sess. 1. in princ. cap. in loco 1. q. 4. Vide & 4. Tolet. c. 3. g Idem in conclusione repetitur. Episc. forma prescripta. est. 1. Bnac. c. 24.

1. **a** **I**N Spiritu sancto legitime congregata. Quòd Spiritus sanctus Concilio generali legitime immediate assistat, resoluunt Iacobat, de Concil. lib. 10. art. 1. num. 205. Aragon. in 2. 2. D. Thom. q. 1. art. 1. pag. 88. Marc. Anton. Gentens, in practico. Eccles. q. 782. num. 3. vbi quòd sanctissimi Canones de instinctu Spiritus sancti dicuntur conditi.
2. Vtrum generalia Concilia auctoritate Summi Pont. legitime congregata, seu confirmata, in Fidei & morum definitione errare possint? dixi latè in collect. ad cap. Concilia, dist. 17.
3. **o** Omnes, & singulos Christi fideles, &c. An omnes Christi fideles interesse debeant Concilio generali: vide gloss. ult. & scribentes in cap. ult. de ijs, que fiunt à Pral. Iacobat, de Concil. lib. 1. art. 2. Turrecr. lib. 3. sum. cap. 12. cum seg. Alphons. Alvarez Guerrero in thesauro Christiana Relig. c. 52. §. 7. Rendina in promptuario receptor. sentent. tom. 1. tit. 19. num. 1. quorum magis communis est opinio ad vocem decisiuam solum Episcopos, aliosque superiores Prælatos conuocari, ceteros tamen eos, & seculares interesse posse absque decisio. suffragio. Vnde Imperator, Reges, seu eorum Legati non ad diffiniendum aliquid suffragio, nec vt eorum auctoritate, & potestate aliquid decernatur, in concilijs interesse possunt, vt docent Ioan. Ecki. in locis communib. aduersus Lutherum concl. 2. de Concil. Anast. Germon. de sacrorum immunit. lib. 2. cap. 12. Card. Bellarm. in contron. lib. 1. de Concil. cap. 15. & 16. Valdes de dignitate Regum, Reguorumq. Hispania, c. 1. num. 2.
4. **o** Et quoniam oportet Episcopos esse irreprehensibiles, &c. De munere Episcopali, & quæ ad illud rectè obeundum requirantur, latè dixi in meo tract. de officio & potest. Episc. p. 1. tit. 1. gloss. 1. cum segg. & de iure Ecclesiast. lib. 1. cap. 1. & videndas Sebast. Medices in tract. de promouendis Episcopis, & Claudius Iaius in speculo Præfatis, Aloyf. Nouat. in Electa sacra lib. 3. excursu 31. vbi num. 620. ita ait. Arrigant hic aures Præiules, arrigant Sacerdotes, & dum in aliorum exemplum se in Ecclesia positos considerant, omnium nouis ac characteribus inscripti sint, à vitiorum labe immunes sint, vt iure à subditis reprehendi nequeat, nullisque mali occasio sint. Talem requirit Episcopum Apostolus cum ait: *Operetur Episcopum irreprehensibilem esse, quæ verba expendit cit. loco Petr. Damian. lib. 3. epist. 1.*

ostenditque Episcopi veluti typi & sigilli notas non esse pretiosa vestimenta, sed probos mores, & bona opera, cum Episcopi finitio sit, *Bonorum operum sectator*. Sed S. Patrem audire præstat. Consideremus interea quid super hac sententia Prædicator egregius dicat: *Qui Episcopatum, inquit, desiderat, bonum opus desiderat*. hic euidenter ostenditur, nihil aliud esse Pontificem, quam boni operis sectatorem. Non dixit bonam dignitatem, vel bonum honorem desiderat, sed qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat: ac si dicat, qui ad Episcopatum anhelat possidendum sine bono opere inane: vult tamen induere sine Dei ipsius veritate; moxque subiungit: *Operetur Episcopum irreprehensibilem esse*. hic tanta: vult esse perfectionis Episcopum, vt penè extra naturam loquatur Apostolus; quis enim in carne constitutus tam cautè viuat: tam se sollicitè vndique circumspiciat, vt reprehendi aliquando nesciat? Væ his, qui & reprehensibiliter viuunt, & locum reprehensibiliter viuendi adhuc reprehensibilibus concupiscunt.

o Familiare verò suos, &c. Vide Fusc. de vifit. lib. 1. cap. 3. num. 7. Marc. Ant. Gen. in man. Pralat. cap. 22. de familia Episc. Campan. in diuers. Iur. Can. rub. 4. num. 44. Metipsum de offic. & potest. Episc. p. 1. tit. 2. gl. 16. à num. 5. usque ad num. 10.

o Insuper ipsa sancta Synodus, &c. Qui ordo in sedendo & subscribendo, & in alijs actibus generalis Concilij seruandus sit, vide Petr. à Monte de potest. Pontif. sub tit. Ordo assistentium in Concilio; & in Monarchia Concil. q. 5. Alphons. Alvarez Guerrero in speculo Iuris Pontificij cap. 51. de origine celebrandi Concilium §. 6. Iacobat. de Concil. lib. 1. art. 2. p. 2. cum segg. Roch. de iurepatron. verb. honorificum, q. 42. Cassan. in catalog. gloria mundi p. 4. consid. 23. latè Iacob. Valdes d. tract. cap. 2. à num. 5. qui in proemio eiusdem tract. num. 30. & cap. 3. num. 18. refert, Gallia, & Hispaniarum Regum Legatos in Tridentina Synodo super præcedentis in sedendo adeo magnam contentionem excitasse, vt in fine eiusdem Concilij hæc sint prolata verba. *Declarat sancta Synodus ex loco assignato Orientibus tam Ecclesiasticis quam secularibus in sedendo, aut quibuscumque alijs actibus nullum cuiquam eorum fuisse factum præiudicium, sed omnis illorum Imperatoris, Regum, Rerumpublicarum, & Principum suorum iura, & prærogatiuas illas, & saluas esse, in eodemque statu permanere prout ante præsens Concilium*



SESSIO III.

Decretum de Symbolo Fidei.

- 1 Initium à Deo.
- 2 Symbolum vnde dicatur.
- 3 Doctores de Symbolo Fidei agentes referuntur.

buie ab Apostolis, ibid.
Credo, siue Symbolum Fidei, à quo tempore recitari capit in Missa, ibid.

Consuetudo recitandi Symbolum Fidei ortum habet à nomine sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filij, & Spiritus sancti.
I Hæc sacrosancta, œcumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, in ea præsentibus eisdem tribus Apostolica Sedis Legatis, magnitudinem rerum tractandarum considerans, præsertim earum, quæ duobus illis capitibus de extirpandis hæresibus, & moribus reformandis, continentur, quorum causa præcipuè est congregata: agnoscens autem cum Apostolo, non esse sibi colluctationem aduersus

Barbo. Collect. in Concil. Triad.

A 2 car.